d primã questionem · qua queritur · Utrũ Christi
natiuitas fuit ꝯuenienter p stellã magis manifestata · sic ꝓcedit ·
Et videt ꝙ non · Primo sic · Hoc enĩ videt esse occasio erroris q̃n
tum ad illos qui existimant sidera natiuitatibus hoim dñari · sed occasiones
peccandi sunt hoibus auferende · ergo non fuit ꝯueniens ꝙ per stellam magis
xp̃i natiuitas manifestaret · Secundo sic Signũ oportet esse certum ad hoc
ꝙ p ipm aliquid manifestaret · sed stella non videt esse signũ natiuitatis xp̃i ·
ergo inconuenienter fuit natiuitas christi per stellam manifestata · In op=
positũ ẽ euangeliũ pñs · Rñdeo dicendum sub ista ꝯclusione ꝙ conuenienter
christi natiuitas ẽ magis per stellã manifestata · Ista conclusio patet · Primo
qꝛ vt dꝛ Deut · xxxij · Dei pfecta sunt opera · sed talis manifestatio fuit opꝰ di
uinũ · ḡ p ꝯuenientia signa fuit effecta · Secundo ostendit · Sicut manifesta=
tio syllogistica q̃ fit p ea que sunt magis nota ei cui ẽ aliquid manifestandum
ita manifestatio que fit p signa debet fieri per ea que sunt familiaria illis q̇=
bus manifestant · Manifestũ est autem ꝙ viris iustis est familiare ⁊ consue=
tum interius spũssancti instinctu edoceri absq̃ signoꝝ sensibiliũ demonstra=
tione · scꝫ p spũm ꝓphetie · Alij vero corpalibus rebus dediti per sensibilia ad
intelligibilia deducunt · Iudei aũt consueti erant diuina responsa p angelos
suscipere p q̊s etiam legẽ acceperant · ꝺm illud Act · vij · Accepistis legem in
dispositõe angeloꝝ · Gentiles vero ⁊ maxime astrologi consueti sunt stellaꝝ
cursus aspicere · Et idõ iustis Symeoni ⁊ anne maĩfestata ẽ xp̃i natiuitas p
interiorẽ instinctũ spũssancti · ꝺm illud Luce · ij · Responsum accepit Syme
on a spũsancto non visuꝝ se mortẽ nisi p̉us videret xp̃m dñm Pastoribꝰ aũt
⁊ magis tanq̃ rebus corpalibus deditis est manifestata xp̃i natiuitas p ap=
paritões visibiles · Et qꝛ natiuitas non erat pure terrena ꝭ q̊dammodo cele
stis · ideo p signa celestia vtrisq̃ natiuitas christi reuelat · Ut ei Augustinꝰ
dicit in ꝺmone de ephia dñi · Celos angeli habitant ⁊ sidera ornant · vtrisq̃ ḡ
celi enarrant gloriã dei · Rationabiliter aũt pastoribus tanq̃ iudeis apud q̊s
frequenter facte sunt apparitões angeloꝝ · reuelata est natiuitas xp̃i p ange
los · Magis aũt consuetis in consideratione celestiũ corpoꝝ manifestata est
p signũ stelle · qꝛ sicut dicit Crisostomus · Per consueta eos deus vocare vo=
luit eis condescendens · Ad rões in oppositũ · Ad p̉mam respondet negan=
do assumptũ · Dicimus eĩ ꝙ stella q̃ natiuitatem xp̃i maĩfestauit omnẽ occa
sionem erroris subtraxit · Ut enĩ Augustinus dicit ꝯ̈ Faustũ · Nulli astrologi
constituerũt ita nascentiũ hoim fata sub stellis · vt aliquã stellaꝝ hoie aliq̃
nato circuitus sui ordinẽ reliq̇sse ⁊ ad eũ qui natꝰ ẽ prexisse asseuerent · sicut
accidit circa stellam q̃ demonstrauit natiuitatẽ xp̃i · Et idõ p hꝫ non confirmat
error eoꝝ q̊ sortem nascentiũ hoim astroruꝫ ordini colligari arbitrant · Non
aũt credunt astroꝝ ordinez ad hoĩs natiuitatẽ mutari · Ad secundaz rñdet
negando minorẽ · Dicimus enĩ ꝙ stella illa fuit signũ certũ natiuitatis christi
Tũ p̉mo · qꝛ sicut Crisostomus refert In q̇busdam scripturis apocriphis le
git ꝙ q̊dam gens in extremo orientis iuxta occeanũ quandã scripturã hẽbat

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-179/0364
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG